Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



53

de manu tua repulsi sunt.
Posuerunt me in lacu
inferiori in tenebrosis et
in umbra mortis. Super
me confirmatus est furor
tuus et omnes fluctus
tuos induxisti super me.
Longe fecisti notos me
os a me. posuerunt me ab
hominacionem sibi. Traditus
sum et non egrediebar. o
culi mei languerunt p
inopia. Clamavi ad te
domine tota die expan
di ad te manus meas.
Nunquid mortuis facies
mirabilia. aut medici
suscitabunt et confitebuntur
tibi. Nunquid narrabit
aliquis in sepulcro miseri
cordiam tuam et veritatem tuam
in perditione. Nunquid cog
noscentur in tenebris
mirabilia tua et justicia
tua in terra oblivionis.
Et ego ad te domine
clamavi et mane oro
mea preveniet te. Ut quid
domine repellis orationem
meam. avertis faciem tuam
a me. Pauper sum ego
et in laboribus a juventute
mea. exaltatus autem
humiliatus et conturbatus.
Iuxta me transierunt ira
tue et terrores tui conturba
verunt me. Circumdederunt
me sicut aqua tota
die. circumdederunt me
simul. Elongasti a me
amicum et proximum et
notos meos a miseria.
Fundamenta eius in
montibus sanctis. Diligit
portas domini super
omnia tabernacula jacob.
Cantabo. In generacione et
generacionem annunci
abo veritatem tuam in
ore meo. Quia dixisti in
eternum misericordia edificabitur
in celis. preparabitur veritas
tua in eis. Disposui te
stamentum electis meis.